



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum semper quando propheta spiritu prophetiæ tangitur a sensibus  
alienetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

**A**D SEXTVM dicendū, q̄ sapientia diuina in ani  
mā se trāfersens, aliquos effectus facit nō mediā-  
te ministerio angelorū, sicut gratia infusionē per  
quā quis amicus Dei cōstituitur. Nihil aut̄ prohibe-  
bet quin quodā alios effectus faciat p̄dicto mi-  
nisterio mediante, & sic in aīas sanctas se transfe-  
rens, prophetas constituit angelo mediante.

## ARTICVLVS XI.

Vtrum quando propheta a spiritu prophetie tangitur à  
sensibus alienetur.

**N**ono queritur, vtrum semper q̄n propheta  
a spiritu prophetie tangitur, a sensib. alienetur.  
vñ quod sit, quia dñ Num. 14. Si quis fuerit  
inter vos propheta domini, in somnio, & visio-  
ne loquar ad eū, sed vt dici glo. in principio Psal-  
tū, tunc fit prophetia per somnia & visiones q̄n  
fit per ea, quē vñ dñ, uel fieri. Cū autem appa-  
rent ea, quae videntur dici vel fieri, & nō dicuntur  
vel fiunt, homo est a sensib. abstractus. ergo visio  
prophetie semper est in propheta a sensib. abstracto.

**P**raet. Quando vna virtus multum intenditur  
sua operatione, oportet aliam a sua operatione  
abstrahi: sed in visione prophetie interiores vires  
in suis operationibus intenduntur, scilicet in-  
tellectus, & imaginatio, cum hoc sit perfectissi-  
mū ad quid peruenire possint secundū statū viae.  
ergo in visione prophetica semper propheta ab  
operatione exteriorū virium abstrahitur.

**P**raet. Intellec̄tualis visio est nobilior, quā imagi-  
naria, & hic quā corporalis: sed permisio igno-  
bilioris detrahit aliquid de perfectione nobilio-  
ris. ergo visio intellec̄tualis, & imaginaria, q̄n vi-  
sionē corporali nō permisetur, sunt p̄fectiores.  
cū igitur in prophetica visione ad summā perfec-  
tionē perueniatur fīm statū viae, vñ quod tunc  
nullo modo corporali visioni permisceatur, vt s.  
propheta cum eis simili corporali visione utatur.

**P**raet. Plus distat sensus ab intellec̄tu, & imagi-  
natione, quam ratio inferior a superiori: sed cōsi-  
deratio superioris rationis, qua intenditur eternis  
cot̄plandis, abstrahit hominē a cōsideratione in  
septioris rationis, qua homo temporalib. inhaeret.  
ergo multo fortius visio intellec̄tualis, & imagi-  
naria prophetie abstrahit à visione corporali.

**P**raet. Vna, & eadē vis nō potest plurib. intēde-  
re: sed quando aliquis sensibus corporalib. vtitur  
ei⁹ intellectus, & imaginatio illis reb. intendit, q̄  
corporaliter videntur. ergo simili cum hoc non  
potest intendere illis, qua apparent absque sensi-  
bus corporis in prophetica visione.

**S**ED CONTRA cī, quod dñ I. Corint. 14. Spiritus  
prophetarū prophetis subiecti sunt. Hoc aut̄ non  
est si propheta esset a sensib. alienatus, quia sic  
non esset sui ipsius compos. ergo prophetia non  
fit in homine alienata a sensib.

**P**raet. Supra visionem prophetie accipitur cer-  
ta cognitio de reb. sine errore: sed in his, qui sunt  
abstracti a sensib. vel in somnio, vel quocunq. alio  
modo, est cognitio permista errori, & incerta, q̄a  
similitudinibus rerum inherent quasi rebus ip-  
sis, vt August. dicit 12. super Gen. ad literam, ergo  
prophetia non fit cum alienatione a sensib.

**P**raet. Si hoc ponatur, videretur sequi error Mō-  
rani, qui dixit prophetas quasi abreacticos esse lo-  
cutores, qui dicerent nescientes.

**P**raet. Prophetia, vt dñ in gl. in principio Psalte.  
q̄nque fit per facta sicut per arcā Noe significatur  
ecclesia, q̄nque per dictā, sicut ea, quae angeli di-  
xerunt Abraham: sed constat q̄ Noe arcam consti-

tūns, & Abraham angelis colloquens, & eis fer-  
tiens, non erant a sensibus abstracti. ergo prophete-  
ria non fit per abstractionem a sensibus semper.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ prophetia habet duos  
actus, vnū principalē, s. visionem; aliū secunda-  
rium, s. denuntiationem. denuntiatio aut̄ fit a pro-  
pheta, vel verbis, vel ē factis, sicut patet Hiero. 13.  
quod lumbarum suum posuit iuxta fluum ad pu-  
trefactum. Vtrolbet aut̄ modo denuntiatio p̄-  
phatica fiat, semper fit ab homine non abstracto  
a sensibus, quia huiusmodi denuntiatio per signa  
quādā sensibilia fit. Vnde prophetam denuntian-  
tem oportet sensib. vti ad hoc, quod eius denun-  
tiatio fit perfecta, alias denuntiaret, quasi arreptus:  
sed quantum ad visionem prophetia duo cōcur-  
runt, vt ex dictis patet. siudicū, & acceptio pro-  
pria prophetie. Quando igitur propheta inspira-  
tur diuinitus, vt sit tātū iudicis eius supernatura-  
le, & non acceptio, tunc talis inspiratio abstractio  
nem a sensibus non requirit: quia iudicis intellec-  
tus naturaliter est perfectius in vītē sensib. quā  
in non vītē. Acceptio aut̄ supernaturalis propria  
prophetæ, est fīm imaginariam visionem, ad quā  
visionē inspiciēdā rapitur vis humana ab aliquo  
spiritu & a sensib. abstractus, vt Aug. dicit 12. fu-  
per Gen. ad literam, cuius ratio est, quia vis imagi-  
naria dum quis vītū sensib. principaliter, est in-  
tentia his, qua per sensus accipiuntur. Vnde non  
pōt̄ esse, quod intentio eius principaliter transfe-  
ratur ad ea, quae aliunde accipiuntur, nisi q̄n homo  
est a sensib. abstractus. Vnde q̄nīcumque fit prophete-  
ria fīm imaginariam visionem oportet a sensibus  
abstractū esse prophetam: sed haec abstractio dupli-  
citer contingit. Vno modo, ex causa animali.  
Alio modo, ex causa naturali. A causa quidē na-  
turali q̄n exteriores sensus stupescunt, vel propter  
agritudinem, vel propter vapores somnij ad cere-  
brum ascendentes, ex quib. contingit organū ta-  
ctus immobilitati. Ex causa vero animali, sicut  
q̄n homo ex nimia attentione ad intellec̄tualia,  
vel imaginabilia omnino a sensib. exteriorib. ab-  
strahit. nunquā aut̄ fit in propheta abstractio a  
sensibus corporalibus per agritudinem, sicut fit  
in epilepticis, vel furiosis: sed solimodo per cau-  
sam naturale ordinatā, s. per somnum, & ideo  
prophetia, qua fit cī visione imaginaria semper  
fit, vel in somnio q̄n. est abstractio a sensibus per  
causam naturalem ordinatam, vel in visione, q̄n  
fit abstractio a causa animali. In hoc tñ differt p̄-  
pheta in sua abstractione a sensibus sive abstrahit  
per somniū sive per visionem ab omnib. alii  
qui abstrahuntur a sensibus, quod mens prophete-  
tū illustratur de his, quae in visione imaginaria vi-  
dentur, quando cognoscit ea non esse res; sed  
aliqualiter rerum similitudines, de quibus certum  
iudicium habet per lumen mentis. Sic igitur  
patet, quod propheta inspiratio, quandoque fit  
cum abstractione a sensibus, quandoque nō. vnde  
ad vtrisque rationes est respondendum.

**A**D PRIMVM ergo dicēdū, q̄ in verbis illis, dñs  
intendit ostendere præminentia Moysi ad alios  
prophetas, quantū ad acceptiōē supernaturalē: quia s. Moyses supernaturaliter ad hoc promotus  
est, vt ipsam Dei entitati in sc̄ipta videret: sed om-  
nia quae prophetæ acceperunt, non acceperunt,  
nisi in similitudinibus somni, vel visionis: sed ta-  
men iudicium prophetæ non est per similitudi-  
nes aliquas somni, & visionis; unde iudicium  
prophetæ fit si ne abstractione a sensibus.

Quæst. dīc. S. Tho. BBB 2 AD

## QVÆST. XII. DE PROPHETIA, ART. X.

**A**d II. dicendum, q̄ quādō vis interior intēditur in visione sui obiecti, abstrahitūr si sit perfecta attentio ab exteriori visione. Sed quantumcunq; sit perfectum iudicium interioris virtutis, nō abstrahit ab operatione exteriori, quia ad interiorē virtutem pertinet de exteriori iudicare. vnde iudicium superioris in idem ordinatur cū operatio-

ne exteriori, & ideo non mutuo se impediunt.

**A**d III. dicendum, q̄ ratio illa procedit de intel-

In terpar.

lectuali visione, & imaginaria secundū acceptio-

nen, & non secundum iudicium, vt dictū est.

**A**d III. dicendum, q̄ ex hoc ipso, potentiae ani-

mae mutuo se in suis operationibus impeditū,

qd̄ in una essentia animæ sunt fundatæ, vnde quanto

aliquæ vires animæ sunt sibi magis propria;

ratio magis naturæ sunt se impidire, si ad diuerteran-

tur. vnde ratio non sequitur.

**A**d V. dicendum, q̄ ratio illa procedit quātum ad

acceptiōnem supernaturalem virtutis imaginati-

æ, vel intellectuali, & non quantum ad iudiciū.

**A**d PRIMUM autem in contrarium dicendum quod Apostolus loquitur quantum ad prophetiæ de-

nuntiationē, quia suo arbitrio subiaceat denunia-

re, de quibus inspiratur. Non autem quantum ad

reuelationem, qua ipse propheta spiriū subiicit:

non enim fit reuelatio secundum arbitriū prophetæ:

sed secundum arbitriū spiritus reuelantis.

**A**d VI. dicendum, q̄ hoc est ex lumine prophy-

tie, quod mens prophetæ sic illustrat, vretiam

in ipsa abstractione a sensib; verum iudicium ha-

beat de his, quæ videt in somnio vel visione.

**A**d VII. dicendum, q̄ error Montani fuit in duo

bus. Primo, quia subtrahet prophetis lumen mē-

ritis, quo de visis verum iudicium haberent. Secun-

do, quod in ipsa denuntiatione eos a sensib; ab-

stractos dicebat, sicut in furiosis contingit, vel in

his qui loquuntur in dormiendo. Hoc autem nō

sequitur ex positione prædicta.

**A**d VIII. dicendum, q̄ hoc quod prophetia dicit fieri

per dicta vel facta, referendū est ad denuntiationē

prophetæ magis quādō ad prophetiā visionem.

### ARTICULUS X.

**V**trum prophetia conuenienter diuidatur in prophetiam

prædestinationis, præscientiæ, & comminationis.

**D**ECLIMO queritur, vtrum prophetia cōtēr di-

uidatur in prophetiā prædestinationis, p̄sciē

tic. i.

Super pro-

logum Hiero-

rou. psalte-

rio p̄fixū.

alia est fīm præscientiam, quam necesse est omnibus modis impleri fīm tenorē verborū, vt est illa.

Eccē virgo concipit. Alii fīm comminationē, vt

adhuc quadraginta dics & Niniue subuertetur, q̄

non fīm verborum superficiem, sed tacite intelligentiæ significacione compleetur. ergo vñ super-

Ibidē & in gloz. ordin.

March. 1.

fluere tertium membrum, quod Hier. apponit, sci-

licet de prophetia secundum prædestinationem.

**¶ 2** Præ. Illud, quod sequitur omnem prophetiā, K

non debet ponit, vt membrum diuidens prophete-

tiā; sed omnem prophetiam consequtitur esse se-

condum præscientiam diuinam, quia vt glos. dicit

Esa. 33. prophetæ in libro præscientiæ legunt. ergo

prophetia secundum præscientiam non debet po-

ni membrum diuidens prophetiam.

**¶ 3** Præ. Cum præscientia sit superioris ad prædesti-

nationem, qualis in eius definitione posita, nō p̄t

præscientia cōtra prædestinationē diuidi, nisi quādō

ad ea, in quibus præscientia prædestinationē excedit:

sed præscientia excludit prædestinationē in malis,

quia de eis est præscientia & nō prædestinatione, de

Esa. 48. su-

per illud Di-

sponde do-

mui tuz col-

ligitur ex

Greg.

F bonis vero prædictione & præscientia, ergo cum dī quod prophetia, alia est fīm prædestinationem, alia fīm præscientiam, hoc est diūtū, alia est de bonis, alia de malis; sed bona & mala indifferenter lib. arbi. dependent. ergo nulla differēta est, quia affignat Hiero. inter has duas prophetias dicunt prophetiam prædestinationem esse, que sine nobis impletur arbitrio, prophetiam vero secundū præscientiam, cui nostrum admiscetur arbitrium.

**¶ 4** Præ. Prædestinatione, vt dicit Augustinus de bonis salutaribus: fed inter bona salutaria nostram computantur quæ ex lib. arbi. dependent, ergo prophetia secundū prædestinationem, nostrum admiscetur arbitrium, & sic Hieron. male diffinguit.

**G** **¶ 5** Præ. In prophetia nō possunt confundantur illud a quo est non distinguuntur, quia omnis prophetia est ab uno principio spiritu fundata. Ne currum penes id, in quo est, quia prophetia subiecta est humanus spiritus: ea autem de quibus est prophetia, non sunt nisi bona vel mala, ergo prophetia non debet diuidi nisi diuisione bimini.

**¶ 6** Præ. Hier. dicit, quod illa prophetia. Ecce ergo concipiet, est secundū prædestinationem: sed ad impletionem in prophetia lib. arbi. immixtum in virginis ascensu. ergo prophetia secundū prædestinationem habet lib. arbi. admixtum, & sic nō differt a prophetia quæ est secundū præscientiam.

**H** **¶ 7** Præ. Omnis enuntiatio de futuro qđ nescit esse futurum, vel est falsa, vel saltē dubia, an tantum: sed per prophetiam cominationem prædictur aliquid est futurum, vt pote destructionem alicuius ciuitatis. cum ergo hac denuntiatio non sit falsa nec dubia, quia in spiritu fundit, qui est prophetiæ actor, nec falsitas, nec dubitatio cadit, oportet hoc futurum esse ad minus auctoritate prædictum. ergo prophetia fīm comminationē nō distinguuntur a prophetia fīm præscientiam.

**¶ 8** Præ. Cum aliquid prædictur fīm prophetia cominationis, aut illa prædictio est intelligenda sine conditione, aut sub conditione: si sub conditione, hoc non dī competere prophetiæ: qđ in quādam supernaturali cognitione constituitur.

I præcognoscere quib; dū conditib; statibus, erit naturalis rō pōt. ergo oportet ut finē conditione intelligatur. Aut igitur prophetia est falsa, aut euenerit quod prædictur, & sic oportet. De esse prædictū. ergo prophetia cominationis non debet distinguiri contra prophetiam præscientiam.

**¶ 9** Præ. Hier. 18. similis regula ponitur die diuinis cominationibus & promissiōibus adimplendis, quia scilicet cominationes reuocantur quando gens contra quam est facta cominatione penitentiam agit a malis: similiter promissio dicit quando gens, cui facta est, iustitiae derelinquit. ergo sicut ponit prophetia cominationis quoddam membrum prophetiam, ita debet ponere quartū membrum prophetiam promissiōnem.

**¶ 10** Præ. Esa. 34. Esaia p̄pheticus dixit ad Ezechiel. Dilspone domū tua, qđ morieris. Hac autem prophetia non est fīm prædestinationem, quia illam necesse est impleri oībus modis sine nostro arbitrio. nec iterum fīm præscientiam, quia hoc futurum Deus nō præcisebat, alias præcicerit subeffet factū nec iterū secundū cominationem, quia sine conditione prædictetur futurum. ergo oportet esse aliquod quartum genus prophetiæ. Sed dicit qđ hoc predicebat esse futurum secundū causas inferiores, & sic erat prophetia cominationis.